

A. GELLII
NOCTES ATTICAE

RECOGNOVIT
BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT
P. K. MARSHALL

TOMVS I
LIBRI I-X

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MCMXC

SIGLA

Per priores septem libros

- A* = codex rescriptus Vaticanus Palatinus 24, saec. iv
β = codex Buslidianus nunc deperditus, saec. fortasse xii
V = pars prior codicis Vaticani latini 3452, saec. xiii
P = codex Parisinus Bibl. Nat. latinus 5765, saec. xii
R = codex Leidensis Gronovianus 21, saec. xii
ω = consensus codicum *AVPR* uel quotquot supersunt

Per libros 9–20

- F* = codex Leouardiensis Prov. Bibl. van Friesland 55, saec. ix
O = codex Vaticanus Reginensis latinus 597, saec. ix
X = codex Leidensis Vossianus F112, saec. x
Π = codex Vaticanus Reginensis latinus 1646, saec. xii
N = codex Florentinus Bibl. Nat. J. 4. 26, saec. xv
γ = consensus codicum *OXΠN* uel quotquot supersunt
Q = codex Parisinus Bibl. Nat. latinus 8664, saec. xiii
Z = codex Leidensis Vossianus F7, saec. xiv
B = codex Bernensis 404 una cum codice Leidensi B. P. L. 1925, saec. xii
δ = consensus codicum *QZB* uel quotquot supersunt
ω = consensus codicum *FOXΠNQZB* uel quotquot supersunt
β = codex Buslidianus supra memoratus

Per omnes libros

- T* = florilegium Gellianum in codice Parisino Bibl. Nat. latino 4932, saec. xii
Y = florilegium Gellianum in codice Vaticano latino 3307, saec. xii
ε = codices recentiores saec. plerumque xv una cum editione principe anno 1469 Romae edita

XVIII

Quod M. Varro in quarto decimo *humanarum* L. Aelium magistrum suum in *ετυμολογία* falsa reprehendit; quodque idem Varro in eodem libro falsum furis *ετυμον* dicit.

- 1 In XIV. *rerum diuinarum* libro M. Varro doctissimum 5 tunc ciuitatis hominem L. Aelium errasse ostendit, quod uocabulum Graecum uetus traductum in linguam Romanam, proinde atque si primitus Latine fictum esset, resolverit in uoces Latinas ratione etymologica falsa.
- 2 Verba ipsa super ea re Varronis posuimus: 'In quo 10 L. Aelius noster, litteris ornatissimus memoria nostra, errauit aliquotiens. Nam aliquot uerborum Graecorum antiquiorum, proinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. Non enim "leporem" dicimus, ut ait, quod est leuipes, sed quod est uocabulum anticum Graecum. Multa uetera 15 illorum ignorantur, quod pro his alii nunc uocabulis utuntur; et illorum esse plerique ignorent "Graecum", quod nunc nominant "Ελληνα, "puteum", quod uocant φρέαρ, "leporem", quod λαγυών dicunt. In quo non modo L. Aelii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo: successum enim 20 <fert> fortuna, experientiam laus sequitur.'
- 3 Haec Varro in primore libro scripsit, de ratione uocabulorum scitissime, de usu utriusque linguae peritissime, de 4 ipso L. Aelio clementissime. Sed in posteriore eiusdem libri parte 'furem' dicit ex eo dictum, quod ueteres Romani 25 'furuum' atrum appellauerint et fures per noctem, quae 5 atra sit, facilius furentur. Nonne sic uidetur Varro de fure,

10 fr. 99 Agahd

2 *humanarum VP. diuinarum debuit scribere G, cf. Non 30 12*
 3 in *Hertz*; et in *VP* 6 L. Aelium *Carrio* L. Ielium *P* L. Ielium *VR*
 11 L. Aelium *Carrio* Ielium *VPR* et sic passim 17 et . . . ignorent
VPR: ut . . . ignorant *Gronov* 18 *Ελληνα *ε* hellena *VPR* 20 in-
 dustriam *V2*: inlustriam *VR*. illustriam *P* successum *ε* succen-
 sum *VPR* 21 <fert> fortuna *Hirschfeld* fortuna *VPR* fortuna
 <undat> *Hertz* ex *Anim.* 17. 5. 8 22 primore *VP*. primo *R*
 27 fure *VPR*. fure <errasse> *ed. Ald.* 1515

tamquam L. Aelius de lepore? Nam quod a Graecis nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Graeca lingua φύρ dictum est. Hinc per adfinitatem litterarum, qui φύρ Graece, est Latine 'fur'. Sed ea res fugeritne tunc Varronis memoriam, an 6 5 contra aptius et cohaerentius putarit 'furem' a 'furuo', id est nigro, appellari, in hac re de uiro tam excellentis doctrinae non meum iudicium est.

XIX

Historia super libris Sibyllinis ac de Tarquinio Superbo rege.

- 10 In antiquis annalibus memoria super *libris Sibyllinis* haec 1 prodita est: Anus hospita atque incognita ad Tarquinium 2 Superbum regem adiit nouem libros ferens, quos esse dicebat diuina oracula; eos uelle uenundare. Tarquinius pretium 3 percontatus est. Mulier nimium atque inmensum poposcit; 15 rex, quasi anus aetate desiperet, derisit. Tum illa foculum 4, 5 coram cum igni apponit, tris libros ex nouem deurit et, ecquid reliquos sex eodem pretio emere uellet, regem interrogauit. Sed enim Tarquinius id multo risit magis dixitque 6 anum iam procul dubio delirare. Mulier ibidem statim tris 7 20 alios libros exussit atque id ipsum denuo placide rogat, ut tris reliquos eodem illo pretio emat. Tarquinius ore iam 8 serio atque attentiore animo fit, eam constantiam confidentiamque non insuper habendam intellegit, libros tris reliquos mercatur nilulo minore pretio, quam quod erat petatum pro 25 omnibus. Sed eam mulierem tunc a Tarquinio digressam 9 postea nusquam loci uisam constitit. Libri tres in sacrarium 10 conditi 'Sibyllini' appellati; ad eos quasi ad oraculum 11 quindecimuirum adeunt, cum di immortales publice consulendi sunt.

2 κλέπτης *ε* cleptes *VP*: ceptes *R* dictum *Lion*: dictus *VPR*
 3 putarit *ε* putari *VP* id est nigro *VP*: *del. Hertz* 12 quos
 esse *TY* quo sese *VR*: quod sese *P* 13 uelle *P*: uelle dixit *VR*
 17 ecquid *R*: hoc quid *V*: si *P* 20 exussit *VP*: combustit *R*
 20 rogat ut *P*: rogatus *VR*: rogata *R* 25 digressam *VP*:
 egressam *R*